literae non ab ipso Sed a Virgine Surlacens in favorem Otiliae sint exaratae, quod admodum RR Domini Secretarius [Kapitelssekretär des Dekanats Sursee, Severin] S c h e l l, et [Johann] Udalricus Cappeler [K a p p e l e r, Kaplan an der Pfründe zu Allerheiligen und St. Sebastian in Sursee] apperte et candide fatentur. Haec pauca pro bono, tutela, et defensione Francisici [Caroli] Kydt et Otiliae Räss Clarissimae D.V. intimare volui, ut res taediosa et satis odiosa optatum sortiatur finem."

1) s. auch AH 57/75-76, 78-79A

Kopie des bischöflich-konstanzischen Kommissars in Zug?, Johann Jakob S c h m i d - AH 57, 199v

78

1687 Dezember 12., Bremgarten A

SCHREIBEN [DES KAEMMERERS DES DEKANATS ZUG-BREMGARTEN?, JOHANN ULRICH CHRISTEN, AN DEN BISCHOEFLICH-KONSTANZISCHEN KOMMISSAER IN ZUG, DEKAN JOHANN JAKOB SCHMID][1]

"Ob incidentes pluvias meum iter Tugium versus non fui prosecutus quod ipse peragere intendebam, praesertim cum dolenter perceperim, quam falsis coloribus (uti relative audivi) apud R.D. vestram me depixerit D. Parochus in Egenweyl [Rochus W e i s s] propendo scilicet, quod Otiliam R ä s s impedierim, ne accedat ad tribunal Commissariatus Tugiensis ut pote ad locum competentem, fide sacerdotali loquor, hac in parte falsus est delator: suadet, et monet plusquam paterne Reverendissima sua Paternitas, ut inter nos habeamus pacem et charitatem, hoc autem modo non video, quomodo sit habenda, ex mandato fuit citata Othilia, et praesente ... R.D. Sextario [richtig Secretarius? des Dekanats Zug-Bremgarten, Johann?] R i t z a r t[2] praestito iuramento confirmavit, se fabricatorem harum literarum, vel an falsae sint, prorsus nescire, ulterius ipsam non rogar, cum persona illa Surlacensis, de qua Tugii facta fuit mentio, olim falsa sit, se literas illas scripsisse, uti ex testimonio ... R.D. Plebani Surlacensis [Georg Jakob S t i e r l i] constat, quod nuper ad R.D. vestrae destinavi manus, haec dum perscribo, venerandas manus devotissime exosculans me commendo et maneo".

1) s. auch AH 57/75-77, 79-79A

2) *Nach den Angaben von Dr. E. Bürgisser, Bremgarten, könnte es sich um Johann Ritzart handeln. Dieser war zwar "secretarius capituli" und nicht "Sextarius". Vielleicht liegt ein Verschrieb des Kopisten vor.*

Kopie des bischöflich-konstanzischen Kommissars in Zug?, Johann Jakob S c h m i d - AH 57, 199^v-200^r

79

1687 Oktober 24., Bremgarten A

SCHREIBEN DES [SEKRETAERS DES DEKANATS ZUG-BREMGARTEN, JOHANN RITZART?[1], AN DEN PFARRER VON EGGENWIL?, ROCHUS WEISS][2]

"Non sine dolore percepi controversias quardam motas esse inter R. suam D. et Consanguineos meos Kydionos [=Johann Heinrich und Karl Franz K y d], concernentes causam Matrimonialem [Ehestreit in Sursee zwischen Johann B u o b einerseits sowie Ottilia R ä s s und Franz Karl Kyd anderseits] et literas falsas inde emanatas, quas tamen ob diversas relationes sibi e diametro contrarias difficile erit probare, stante firmiter pro parte innocentis collegio Surlacensi pro ut ex literis probe cognovi, cum proinde vituperia satis gravia in meas ex hac imaginaria persuasiones fluxerint, ac etiam conminatoria, quae absque laesione famae tollerari non possunt, et modo negotii cardo in hoc unico versatur, ut tollantur vituperationes utrinque factae absque diminutione Authoritatis Vestrae libenter viderem (quod et rogo, et ex nostra parte laesa seu medium reconciliationis offertur) si in praesentia inter utramque partem fieri posset amicabilis compositio, adeoque plenaria pacificatio, quod et futurum spero, et desuper mentem ipsius exspecto, ne ex tenaci utrinque oppositione magna fiat inter nos Collisio et sic motio Causae principalis sopiri queat, sin minus? Ex minus principali orietur actio, quae non sine magno incommodo in Caput nocentis, quisquis ille sit, redundabit, haec ex fraterno, et vere amico animo cuique auctoritati et existimationi et amicitiae inter nos in omnibus consultum volo et maneo."

1) *Aufgrund der Tatsache, dass laut Taufbuch Bremgarten Franz Karl Kyd 1647 als Sohn von Johann Melchior K y d und der Elisabeth R i t z a r t geboren wurde, lässt sich vermuten, dass es sich beim Absender um den Sekretär des Dekanats Zug-Bremgarten, Johann Ritzart, handelt, vgl. die Formulierung in der zweiten Briefzeile "Consanguineos meos Kydionos". Und zwar war Johann Ritzart ein Neffe der obgenannten Elisabeth Ritzart und somit ein Cousin von Franz Karl Kyd.*